



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

VIII. In perplexis recurrendum ad Episcopum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

eu nouas leges, aut consuetudines inducas, quo quis pietatis prætextu: ci- iusmodi essent stata populi iejunia, vacatio à diurnis laboribus, publicæ Processiones extraordinariæ, &c. Tum quia nouitates in communitate odiosæ esse solent, tum quia propriè spectant ista ad Episcopos.

NVM: VIII.

Tertium principium generale.

Vbi res anxie inciderint, quantum munus attingunt, neq; libri Rituales, aut Consuetudines resoluunt, ad Episcopum recurrito.

Incidunt non raro res grauioris negotii, ac momenti, perplexæ, quibus te ex libris Ritualibus aut Consuetudinibus receptis expedire nequeas: recurre tunc ad Episcopum, siue ipsius in Spiritualibus Vicarium, aut ad Statuta Synodalia, si quæ de iis rebus extant, & iuxta illa statuae: responsa autem conscribe, annotato an-

no,

no, mense, die, quidue executus fu-
eris : ut si rationes reddendæ fuerint,
habeas, quo te tuearis.

In hoc genere sunt, si quæ reliqua
de novo exponendæ, aut indulgentia
publicandæ, aut deprædicanda noua
miracula; si ædificandum, aut pingen-
dum in Ecclesiâ, antequam Episcopu-
ideam viderit, & approbârit. Quod
si verò Visitator, aut Commissarius
veniat, qui se Apostolicum nomine
& adferat quædam fulminatoria, vel
edicta statim exequenda sub excomu-
nicatione, excipies, & habebis bene-
uolè, si nullam fraudem deprehendis:
& mox quam citò fieri potest, moni-
bis Episcopum, si ipsius consensum
non habes: interim attende ad lite-
ras commissionis, quas ille Apostoli-
cus ostendere debet; & caue, ne quid
ultra mandatum, aut facultatem agat.

NVM: IX.

Quartum præceptum generale.

Vbi